

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De oratore**

**Cicero, Marcus Tullius**

**[Nürnberg], 26. März 1497**

Universi operis ab Anthonio koberer impræssi

[urn:nbn:de:bsz:31-324199](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324199)



## ORATIO

Senatui populoq; Atheniensi Salutem Aeschines dicit.

GO me ad rempu. contuli tricesimo tertio aetatis anno. non me bertule ex scena ut aiebat Demosthenes sed & liberaliter scribere doctus. & studii bonarum artium mediocriter eruditus. atq; ita in dicendo exercitatus. ut me athenis loqui non dedecet. Nec ego reperitur vnquam facultatem dicendi meam ad alicuius caluniam meditatus. neq; iudicium ppe cunia deseruisse. nec acceptas contumelias vendicasse. Sed nec omnino contumeliā passus sum nec occasionem praestiti. cur contemni deberem. Nec quēquam ciuium iudicio subieci praeter vnum Timarcum. Nec sane apud nos gloriōsior q̄ multa accepisse dū mibi liceret acciperim. Postea vero cbe siphontem multa ab eo ppe latus multa etiam a Demosthene in iudiciū vocauit iustissima dii immortalis accusatione sed admirandum non est si & vestrarum legum & meorum verborum Demosthenis eloquentia victrix fuit. Dixi equidem alio loco quum forte grauioribus criminibus quā istis propter quae nūc caecidi a Demosthene accusari non paruam probationem apud vos esse dēbere integritatis meae. q̄ neq; Demosthene accusante fuerim cōdemnatus. Post banc autē calamitatem & euer sionem meam. nedum vobis sed omnibus graecis manifestum fecisse reor. Quis. n. ignorat bomies si cdefunctos. & ciuitatibus eictos tunc maxime quibus fuerint moribus apparere solere. Nam q̄ ipsorū occultabat praesentia remotis ipis perspicua fiūt. Quisquis. n. tunc maxime eos accusat quum dicere contra non possunt. Qui vero ob eas causas a ciuitatibus exulant q̄ cum hostibus sensisse dicantur. & quos mores. & quas mentes erga remp. babuerint poenitus manifestat. Nam & quem admodum aduersam erūnam ferant. & quemadmodum erga patriam animati sint. dare conspicitur. An esto ipse qui & proditor patriae fuisse. & tanta misericordia in legione cōmisisse. ut videlicet Macedonibus placerem confestim ut in exilio missus sum ad alexandrum me contuli gratiam eos quae patratu fueram & mercedem exilii accepturus. Nec sane me latent boetiae diuersoria. & agrum iurgorum viginti. & aureas pbialas Demade habere. Egemenonem vero & Calimedontem alterum in pelle alteri viberia & amplissimis donis. & clararū mulierum nuptiis honestatos. Atqui neq; ad thebanos neq; ad thessalos confugi neq; ad alios quospiā apud quos mibi necesse foret aut patriā meā vitupare. & vituperatibus aures pbere. Sed Rhodum veni ciuitatem nec vobis sane infestā nec alioquin odiosā. Turpiter. n. patriae incubere delirantiū in calamitate mibi videt potiusq; amantium ciuitatem. Nam qui ex animo ciuitatem suam amat. longius abire oportet ne quid p oculis quod mentem perturbet habeat. Equidem nec in Rhodo constiti. sed in arida castellum quoddam eligēs a minori. Ibi mercatus praedium sum talentis duobus quanta videlicet expendere decebat. Philippi primo deinde alexandri mercennariū quī & pbocidē & graecorum libertatem Macedonibus proderit. In eo nunc persisto cum septem ministris. & duobus familiaribus. & cum matre quae ad tertiū & septuagesimū prouecta annū meū nauigauit. particeps calamitatis mibi p vos inflicta. & tū vxore quae comes exilii esse voluit licet pater vetaret. & leges fortasse manere eam iuberent. Mores ciuitatis magis quam leges sciebat & cum tribus filiis ne cum quidem satis fortunam suam. nec quale si bi deus dederit patriam intelligentibus. Et alii quidem vt videt filios eorū siue in Boetia. siue in Aetolia natos athenas mittunt eruditionis causa. quibus vero a natura hoc datum est nec Plaebio pre nec ob turpē causam pulso natis ii exulant infantes. & alūtur egeni. in solitudine & exilio paterno. Et de Licurgi quidem filiis Demosthenes recte faciens vobis scribit. & vt paterna multa eis remittatur suadet. Vos autem secuti ciuitatis morem & misericordia fretim. nihil aliud quam atheniesū opus fecistis. Nam vobis mos est faciliter quidem irasci. ac rursus misereri. Ego autem pro meis filiis non psuaderē rogando ne mibi tm in orbitate nutriantur. sed orbatū simul & exules quum nec mali quicq; fecerint in puericia constituti. nec vllō modo damnati. sed cūcta quae damnati solent ppe lli. Postea defuncti meminertis mei. & preces admittatis. Sed agetis viri Athenienses. ac flectemini p consuetudine vestra. Non. n. puto mores vestros deseretis. nec dissoluetis ciuitatis gloriam. q̄ bonitate & humanitate p cunctis excelluit. Nec plus viriū habebit Malanopus ab humanitate & pbitate vos absterendo. q̄ ad eam prouocando modo aeschines. Non per deos immortales nō. n. ydoncus nec fortunatus ego suadere patrie meae praesertim hoc tempore. & quum rem meam agere videar. sed ciuitatis consuetudo. & vestrum solitum nomen. & maiorum exemplum. cui necessarium est magis quam Malanopo contra vos roganti annuere.

Vniuersi operis ab Antonio koberger impressi Anno a Natiuitate domini  
Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo finis. Dic. xxvi. Martii.